



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Ornatum superbū culpabilem reddunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

*Ornatum superbū culpabilem  
reddunt quatuor.*

*Luc. ii.* **P**rimum est præciositas. Luc.

Habetur exemplum de diuine  
purpurato. Vnde Glosa super  
illud ait. Si cultus præciosarū uestū  
culpa non esset, sermo domini non  
vigilanter exprimeret, quod diue  
purpura & byssō indutus apud inse-

*Grego.* ros torqueretur. Gregorius. Ne  
præciosa uestimenta nisi ad inanem

gloriam querit, ut honorabilior ce-  
teris uideatur. Secundum est mol-  
ties. Vnde Matt. Ecce qui mollibus

uestiuntur in domib⁹ regum sunt.

Vnde etiam Bernardus. Erubescibilis  
est uiro religioso manifesta curio-  
tas, quæ etiam caputiari appetit ne

uilescat. Quid ad nos de magnis ca-  
putiis, uel cucullis albis, si mentes

non dealbenuis? certe dicet nobis  
Dominus. Vx uobis hypocrite, quia si

miles estis sepulcris dealbatis. Qui in

splendida diligit, humiles cogitatio-  
nes habere non potest. mollia nanque

indumenta indicant etiam animi mol-  
lietatem. Tertium est extranetas, fili-

Soph. i. cet, ut sint aliis dissimiles. Sopho. Vi-

sitabo super omnes qui induti sunt

ueste peregrina . Quartum est superfluitas , quæ duplex potest esse , filiet quo ad magnitudinem ; ut in longis caudis terram induentibus , & nā scopantibus & de nuditate Christi in pauperibus nō curantes , quibus causis pulices colligunt , & puluerē hominibus mouent . Secundo quo ad multitudinem ; contra eos , qui nolunt habere diuersa paria uestium , & potius nolunt eas à tineis comedī , quam Christum in pauperibus indui . Vnde Iacobus ait contra istos . Agite nunc diuites , plorate ululantes in miserijs uestris quæ adueniēt uobis ; diuitiæ uestræ putrefactæ sunt , & uestimenta uestra a tineis comesta sunt ; aurum & argentum uestrum eruginavit , &c. De hoc uide in capitulo de Auaritia .

Isa.5.

*Ornatum lectorum dissuadent  
nobis tria .*

**P**RIMUM est maledictio quæ datur per prophetam Amos . Vx Amo.6. qui dormiunt in lectis eburneis . Secundum est consideratio leti domini , sicut , crucis . Vnde P. Augustinus . Lectum suum dimisit Christus discipulis suis , cum illo in

Auguf.